

tet ea extirpare per confessionem. Tercio quando recurrit ad tyriacham. i. ad sanguinem iuxta christi. Augusti. Effusus est sanguis medici et facta est medicina frenetici. Quinto super egros manus imponunt et bene habebunt. Sunt quidam sani. quidam infirmi. quidam mortui. quidam feridi. Sani sunt iusti. infirmi sunt de nobis. mortui sunt peccatores. feridi sunt diu in peccatis permanentes. Sancti igitur vult aliquando ponunt manus suorum meritorum. i. suorum suffragiorum super sanos non ut sanent sed ut in sanitate perseverent et maiorem gratiam mereantur. Acti. viij. Tunc imponebant super illos manus et accipiebant spiritum sanctum. Imponunt super debiles et infirmos ut ad bene operandum fortificentur. Iaco. v. Infirma quis in vobis inducat presbiteros ecclesie etc. Imponunt super mortuos ut a peccatis vivificentur. quod significatum est Mat. ix. vbi dominus tenuit manum puellae mortue. dicens. Tibi dico surge. Imponunt super sanctos ut misericorditer reparentur. sicut patet in lazaro quattuordecim et ferido quem deus misericorditer suscitavit.

De translatione beati Dominici.
Sermo primus.

Ante translationem habuit enoch placuisse deo. Hebr. xj. Hodie festum translationis dominici celebramus. Commendatur autem in verbis premissis a tribus. Primo a sui sacra dedicatione cum dicitur Enoch. quod interpretatur de dedicatione. Dedicavit enim omnium domino sua et se. Sua quidem omnia christo domino dedicavit. propter ipsum omnia relinquendo. et pauperibus largiendo. Dedicavit et se domino iuxta christum. utpote totam vitam suam in dei obsequio mancipando. scilicet suam puericiam. suam iuventutem. et totam suam reliquam etatem.

Flam et in puericia sua sepe lectum dimisit et super terram iacuit et accubuit. Proverbio. xx. Ex suis studiis intelligitur puer. In iuventute lascivias iuvenum declinavit. et libros vendens precium pauperibus erogavit. Eccl. xxij. Que in iuventute non congregasti quomodo inuenies in senectute. Totam etiam reliquam suam etatem in ordine laudabiliter consummavit. Sapientie. iij. Consummatus in brevi explevit tempora multa etc. Secundo commendatur a divina approbatione cum dicitur placuisse deo. Placuit autem deo per tria scilicet per ordinem quem instituit. per animas quas convertit. et per sensualitatem quam rationi servare coegit. De his tribus dicitur Eccl. xxv. In tribus beneplacitum est spiritui meo que sunt concordia fratrum. hoc quantum ad ordinem quem instituit. ubi unam animam et unum corpus esse voluit. Amor proximorum hoc quantum ad animas quas convertit. quas ad dei et primi dilectionem et amorem adduxit. Et vir et mulier sibi beneplacientes. hoc quantum ad sensualitatem quam rationi servare coegit. Tercio commendatur a miraculosa translatione cum dicitur. Ante translationem testimonium habuit. Dedit quidem testimonium ante translationem. et post translationem et in ipsa translatione. Ante translationem quidem scilicet dum viveret in mundo habuit triplex testimonium. De quo dicitur Job. v. Tres sunt qui testimonium dant in terra scilicet spiritus. aqua et sanguis. Sic quidem beato dominico adhuc vivente in terris testimonium dedit spiritus sanctus replendo ipsum carismate omnium gratiarum. Eccl. xv. Implevit eum spiritu sapientie et intellectus. Testimonium sibi dedit aqua in abundantia lacrimarum. Unde dicitur in legenda sua. Specialem gratiam sibi dederat deus. flere pro peccatoribus miseris et afflictis. Testimonium etiam sibi dederat sanguis. id est servans martiri desiderium. Unde dicitur de eo. Sciebat servus christi martiriū q. iij.

q. iij.

sicut fuit ceruus ad aque flumiū. **S**ecundo habuit testimoniū post translatiōem. sicut modo habet in celo qz tres sunt qui testimoniū dant in celo. s. pater verbum et spiritus sanctus. pater nāq; introduxit eū in thesaurū sue potentie. **Psalmus.** Introibo in potentias domini etc. **Proverb.** xxi. Thesaurus desiderabilis et oleum in tabernaculo iusti. In beato enī dñico qui fuit tabernaculū christi est thesaurus ad diradū et est oleum ad miserandū. Habenti illū thesaurū non deest facultas. habenti miseratōis oleum non deest voluntas. et ideo habet potestatem vt dirari possit. et habet voluntatem vt dirari velit. Filius statuit eum iuxta speculum sue sapientie. de quo speculo dicit **Sapi.** vii. Candor est ei lucis eterne et speculum sine macula. Beatus igitur dominicus et bibit in fonte diuino et videt in speculo claro. **ps.** Apud te fons vite et in lumine tuo videbimus etc. Spiritus sanctus introduxit eum in fontē gratie et misericordie. de quo dicit **Apo.** xxi. Ostendit mihi flumiū aque viue splendidū tanq; cristallū. Ipse enī modo habet gratiam dei abundantem. ideo dicitur flumiū. Indeficientem. ideo dicitur aque viue. Refulgentem. ideo dicitur Splendidū tanq; cristallū. Tercio habuit testimoniū in ipsa translatiōe p odorem mirabilem qui de eius tumulo emanauit. Non enī ille odor fuit naturalis sed mirabilis. qz fuit res ardua. res insolita et res insperata. et res ptra solitū cursū nature effecta. Fuit enim res ardua et hoc rōne virtutis. Tante enim fuit virtutis qz infernos curabat. **Ecclesi.** xxiij. Quasi myrra electa dedi suauitatem odoris. sicut enī myrra expellit serpentes. sic odor ille fugabat demones et omnes infirmos. Secundo fuit res insolita et hoc ratione qualitatē. nulli enī odori materiali similis videbatur. qz nimis celestis pigmentarius non de materia terrenorū aromaturū sed de plenitudine celestium carismaturū ipm

perfecerat. **Ecclesi.** xxxviij. Unguentarius faciet vnguenta suauitatis etc. Tercio fuit res insperata. et hoc rōne quantitatis vincebat enī omnes alios odores. **Canti.** iij. Odoz vnguentorū tuorū sup omnia aromata. Quarto fuit res ptra solitū cursū nature effecta. Et hoc rōne originis. Est namq; ptra cursū nature vt de offibus fendis vnde psuevit emanare fetor tantus crearet odor. **Ecclesi.** xlii. Ossa ipsius visitata sunt a deo. s. per tam miri odoris infusionem. vñd sequitur. Et post mortem pphetauerūt. non quidem verbis sed miraculis. non lingua sed suauis odoris fragrantia. non voce sed spū et virtute.

De eodem

Sermo. ij.

Enōch placuit deo et translatus est in paradysum vt daret sapiētiam gentibz **Ecclesi.** xliij. Per translatiōem ipsius enoch in paradysum terrestrem. significat translatiō beati dominici hodie facta in ecclesia militanti. In vbiis autē pmissis sanctus dominicus a quatuor commendatur. Primo a deuota xpī imitatione cum dicitur Enoch. qui interpretatur ambulans cum deo. Cōsuevit autē homo libenter cum alio ambulare et se sibi associare. aut quando est similis. aut quando est familiaris. aut quando est ppinquus siue affinis. Innocentia autem facit hominem christo similem. ideo xps innocentes sibi libenter adiungit. **ps.** Innocentes et recti adlaxerunt mihi. Contemplatio facit hominem deo familiarem. vñd dicitur de moyse maximo ptemplatore dei. **Exo.** xxxiij. ca. Loquebatur dñs ad moysen facie ad faciem sicut loqui solet homo ad amicum suum. Castitas autē facit hominem deo ppinquum et affinem. **Sap.** xv. Incorruptio primū deo facit. Recte autē xps ambulauit cum beato dominico et beatus dominicus cum eo. tum qz fuit sibi similis seruādo inno-

centiam baptismalem. Tum quia fuit si-
bi familiaris per contemplationem celestem.
Tum quia fuit sibi propinquus et affinis per
pudiciam virginalem. *ps. Ego autem in in-
nocentia mea ingressus sum. hoc quo ad
innocentiam baptismalem. Res meus ste-
nit in directo hoc quo ad virginalem pudici-
ciam. Res. i. affectus anime tunc in dire-
cto stat quasi ad nulla immunda dilabitur.
sed semper mundus et castus servatur. In
ecclesijs benedicam te domine. hoc quo ad con-
templationem eternam.* Secundo pimen-
tur a divina approbatione cum dicitur. *Pla-
cuit deo. Inter ceteras autem virtutes que
deo placent est misericordia. Juxta illud *Matth.
ix. Misericordiam volo et non sacrificium. Beatus
dominicus misericordiam habuit terrenam et spiritualem.
Terrenam quidem quia libros vendidit
et pauperibus dedit. per redemptionem captivi
seipsum vendere voluit. Si ergo fuit tante
caritatis. pietatis et liberalitatis in mundo
multo fortius nunc est in celo. cum hic cari-
tatis igniculus et ibi caminus. *Isaie. xxx.
Dicit dominus cuius ignis in syon et caminus
in iherusalem. Hic stilla pietatis. ibi flu-
vius. ps. Fluminis impetus lenificat ci-
uitatem dei. Hic fragmentum liberalitatis
ibi cumulus. *Luce. vi. Mensuram bonam
et spem et cetera. Habet etiam misericordiam spiritualem
in punctione peccatorum per sollicitam et
severam predicationem. Voluit enim exer-
cere officium mundanum. sed in hoc exercu-
it officium apostolicum. *j. Cor. i. Non mi-
sit me dominus baptizare sed euangeliza-
re. Officium angelicum. *Luce. ij. Ecce enim
gaudio vobis gaudium magnum. Officium
divinum. Unde dixit Christus *Luce. iij. Alijs
civitatibus euangelizare me oportet regnum
dei. quia ideo missus sum. Tercio pimen-
datur a felici translatione cum dicitur. Et transla-
tus est in paradysum. Fuit autem dominicus
tripliciter translatus. ante mortem. in mor-
te. et post mortem. Prima translatio est quoniam
tum ad corpus et spiritum. Secunda est quoniam*******

tum ad spiritum. Tercia quantum ad corpus
proprium. Prima fuit de loco periculoso ad
locum securum. Secunda translatio fuit de
loco laborioso ad locum quietum. Tercia
de loco despecto ad locum honorificum. Prima
quidem translatio est quantum ad corpus
et spiritum. scilicet quoniam de mundo translatus est ad
claustrum relinquens mundum et corpus per ha-
bitationem. et mente per amorem. *Sap. iij.
Placens deo factus dilectus et vivens in
ter peccatores translatus est. Secunda trans-
latio est quantum ad spiritum scilicet de mundo ad
celum. *Colo. j. Eripuit nos de potestate te-
nebrarum et transfudit nos in regnum filii dile-
ctionis sue. Tercia est quantum ad corpus
proprium de loco scilicet despecto ad locum hono-
rificum. De quo potest exponi quod dicitur *Ge-
ne. vlt. Deus visitabit vos asportate ossa
mea vobiscum de loco isto. Primam visitationem
seu translationem fecit spiritus sanctus.
qui sibi inspiravit ut mundum relinqueret.
et religionem intraret. *Sap. iij. Propavit
illum educere de medio iniquitatum. Secun-
dam fecit angelus immo pater et filius
ut pater in apparitione scale. Terciam fecit
fidelium ceteris. Unde potest exponi illud
quod dicitur. *Para. v. Cum remissent cum
eti seniores israel portauerunt leuite ar-
cham et intulerunt eam in tabernaculum. Et
dicit quod translatus est in paradysum. Nam
prima translatio facta est in paradysum reli-
gionis. *Gene. ij. Tulit deus hominem. i.
beatum dominicum. et posuit eum in paradysum
voluptatis. i. religionis. ut operaretur et cu-
stodiret illum. Religiosus enim vir debet
contemplationi insistere. per bona opera se ex-
ercere. et suum ordinem custodire. Secun-
da facta est in paradysum ecclesie trium-
phantis. *Apoca. ij. Vincti dabo edere
de ligno vite quod est in paradiso dei mei. Ter-
cia translatio facta est in paradysum ecclesie
militantis. ubi datur misericordia ad remissionem.
et gratia ad iustificationem. *Ecc. xl. Gratia
dei sicut paradysus in benedictionibus et misericordia
q. iij.********

In secula pmanet. Quator vltio beatus dominicus pmenat a finali intentione. cum dicit **U**t daret gentibz sapientiā. nam in q̄rtum trāslatus est in paradysum religi omis dedit sapientiā suis doctrinis. **Pro** uer. v. **D**eriuent fontes tui foras &c. In q̄rtū vero translatus est in paradysum ecclēsie triūphantis dat sapientiā suis meritis **Eccle. xliij.** Sapientiā sanctorū narrant populi &c. Et in q̄rtum translatus est in paradysum ecclēsie militantis dat sapientiam suis miraculis que quotidie in nouant & fiunt **Eccle. xxvi.** Innoua signa & immuta mirabilia

Eodem die. Sermo. iij.

Ecce odor filij mei sic odor agri cui benedixit dñs **Gene. xxiij.** Quia in translatione beati dñici magnus odor emanauit. Ido verbū ppositum de ipso potest exponi vt sit verbum dicentis **E**cce odor filij mei &c. vbi quatuor dicunt de ipso odore. Primo q̄ nō fuit occultus sed manifestus cū dicit **E**cce odor. nam hec dictio seu aduerbium. ecce euidentiā dicit seu importat. Quatuor aut sunt que occultari nō p̄nt sc̄ res luminosa **Eph. v.** Omne qd manifestat lumē est. Res vaporosa. **Eccle. xxiij.** Quasi libanus nō incisus vaporauit habitatōz meā Res ignita **Prover. vi.** Nūquid potest quis abscondere ignē in sinu suo &c. Res alta etiā occultari non potest **Matth. v.** Non p̄t abscondi ciuitas supra montē posita. His quatuor de causis odor sanctitatis sancti dñici abscondi non potuit. Primo q̄ fuit luminosus vt sc̄ mundū tenebrosū illuminaret. **Eccle. i.** Quasi stella matutina in medio nebularū. Quidus em̄ patiebat nebulas peccatorū tenebrositate errorū & obscuritatē ignorantiarū. Contra primū attulit statū lucide vite. & iste est radius stelle matutine. Contra secundū attulit radium plene doctrine. & iste ē radius lune plene lucantis in nocte **Con**

tra terciū attulit radium sapientie. & iste ē radi⁹ solis lucantis in die. **S**cdo fuit vaporosus vt mundū fetido odore reficeret q̄ eius caro vaporauit odorē virginitalis qua instar lilij canduit. **ps.** Iust⁹ germinabit sicut lilium. Eius cor vaporauit odorem caritatis qua instar rose rubuit. **Eccle. xxiij.** Quasi plantatio rose in iherico. i. in ecclēsia militanti. Eius opus vaporauit odorē sc̄ritatis qua ad instar thuris deo placuit **Can. iij.** Odor vestimentorū tuorū sicut odor thuris. Eius verburū vaporauit odorem veritatis. q̄ instar balsami redoluit. **Eccle. xxiij.** Quasi balsamū nō mixtū odor meus. Eius fama vaporauit odorem celebratis qua ad instar odoris vince bonos refecit & malos ac serpentes & heriticos effugauit **Can. ij.** Quinee florentes odorez dederūt. Tercio fuit ignitus vt mundū frigidum inflāmarer. Porrauit em̄ secū tres ignes sc̄ly ignita verba **Eccle. xlvij.** Verbu illius quasi facula ardebat. Ignita exēpla **Job. xxxij.** Plōne vestimenta tua calida sunt. Erigmata desideria **Ezech. i.** Scintille quasi aspectus erat candēns. Quatro fuit altus p̄philia vt mundū deiectū erigeret. Homo quidē fuerat hūiliatus infra angelū vsq̄ ad exilium vsq̄ ad terrenorū affectū. S̄ beatus dñicus ostendit remediū p̄ quod hō erigat se vsq̄ ad dignitatē angelī. sc̄ p̄ votū castitatis. vsq̄ ad sublimitatē celi. p̄ votū obedientie. sicut em̄ inobediētia de celo hominē expulit. ita obediētia ipm̄ ad celum reducit. vsq̄ ad dñm mundi p̄ votum paupertatis que altissima est & totū minē mūdo dñari facit. **j. Cor. viij.** Altissima paup̄tas corū abundauit. **S**cdo de isto odore ostendit q̄ nō fuit p̄uus sed magnus quia dicitur sicut odor agri pleni. Impleunt quidem mundum celum & tumultum. Talis ei odor mundus impletur. Odor autem quadrupliciter causari p̄suevit. Aliquū em̄ causat ex p̄matōe.

Eccles. l. ca. Quasi rhus ardens in igne
 Aliqñ ex stritione. Aromata em̃ integra
 recoleat modicū. fracta multū. in pulne-
 rem pr̃tura plurimū. Aliqñ ex reuelatione
 Balsamū enim clausum nō sentit sed va-
 se apto sentitur. **Johan. xij.** Domus im-
 pleta est odorē vnguenti. Aliqñ ex agitari-
 one. vnde dicit aug. Pari mō exagitatū
 et exalat fetorem centū et fragrat suaue vng-
 uentū. **Ihs** modis videtur fuisse causa
 tus odor beati officii. Ipse fuit totus igne
 diuini amoris crematus. Unde cū tota
 nocte in ecclesiā vestimentis madefactus per
 noctem mane inueniebant sicca ac si fuisse
 sent iuxta fornacē posita Ipse etiā totus
 fuit per maceratōem pr̃tutus. vnde tres sin-
 gulis noctibus recipiebat cū quadā car-
 na disciplina. Ipse etiā toti mundo su-
 uelatus p̃ exemplū vite. et p̃ verba do-
 ctine. per miraculorū operatōem. et per or-
 dinis institutōem. Ipse enim in vita actiua
 et contemplatiua fuit sedule exercitatus. vñ
 de dō de eo. Nocte celi plusitans lumina.
 et. Scdō iste odor repleuit celū. In celo
 quidē est quadruplex ager. Unus est ple-
 nus balsamo sapie. et iste ager est apostolo-
 rum. Secundus est plenus rosas panen-
 ne. et iste est ager martirū. Tercius est ple-
 nus violis contemplationis eterne. et iste ē
 ager p̃fessorū. Quartus est plenus lilijis
 mundicie. et iste est ager virginum. **Bea-**
 tus igit̃ dominicus fulget in agro aposto-
 lorū p̃ sapiām. ideo in euangelio qđ de eo
 legit̃ assimilaf̃ luci fulgenti. Fulget etiā
 in agro martirū per caritatem ignitā. ideo
 affilatur ibidē lucerne ardenti. Fuit in ag-
 p̃fessorū per contemplatōem supernā. ideo
 assimilatur ibidem ciuitati eminenti. Ful-
 get in agro virginum per mundiciā. ideo
 assimilaf̃ ibidem lucerne ardenti. Fulget
 in agro p̃fessorū per contemplatōem supernā
 ideo assimilaf̃ ibidem sali p̃dienti. **Tercō**
 iste odor impleuit tumultum. **Nec mirum**
 quia eius corpus fuit alabastri plenū vñ

guento omniū gratiarū **Can. iij.** Odor vñ
 guentorū tuorū super omnia aromata. Fu-
 it apotheca plena aromatibz omniū virtu-
 tum. **Can. v.** Gene eius sicut areole aro-
 matū. Fuit ortus plenus floribz bonorū
 op̃erū. **Eiusdem. iij.** Surge aquilo et exi
 auster perfila ortū meum. **Ultimo dō** de
 isto odore qđ fuit a dei benedictōe emissus
 cum dō. Cui benedixit dñs. Ipse enim vt
 habet **Genes. xlix.** Fuit a deo benedictus
 benedictōe celi desup̃ p̃pter gratie et omni-
 um virtutū infusionē. benedictionibz abis-
 si iacentis deorsum. p̃pter odoris ex tumu-
 lo emanatōem. benedictionibz vberū et pul-
 ue p̃pter filiorū p̃pagationem.

In die penthecostes.

Sermo primus.

Quod mundum

crea in me deus et spūm rectū
 innoua in visceribz meis et.
Propheta volens petere grām spūs sancti
 primo petit dari sibi quiddā ante eius ad-
 uentū scz cordis mundatōem cū dicit. Cor
 mundū crea in me deus. Petit quiddā si-
 bi dari in eius aduentu scz cordis innoua-
 tōem cum dicit. et spūm rectum innoua in
 visceribz meis. Quiddam petit sibi dari
 post eius aduentū scz grane p̃firmatōem.
 cum subdit. et spū principali p̃firma me.
Petit igit̃ primo mundiciā cordis. Qui
 enim vult spūm sanctum recipere. debet cor
 mundū habere. Rō huius est qz spūs sanc-
 tus est columba celestis. **Luce. iij.** Descē-
 dit spūs sanctus sicut columba in ipsum.
Est hospes honorabilis. Sap. xviij. So-
 lem sine lesura boni hospiti p̃sternisti. Est
 amicus dulcis **Eiusdem. vñ.** Infinitus
 thesaurus est hominibz. quo qui vñ sunt
 p̃cipes effecti sunt amici dei. Est bal-
 samus liquor suauis **Ecclesiā. xxiij.** Qua-
 si balsamum non mixtum odor meus. qz
 ergo spiritus sanctus est celestis. ideo non
 habitat in corde luto. et per peccatum